

patientia, quoadusque in lucem edidit Christum Dominum; illo vero iam orto, continuo coepit illum debito supplicio mulctare, in varias tetrarchias mysticum eius corpus frucidans, et refert divus Lucas (cap. 3). Quod si verum est, non refert infimi nominis doctores affirmant, Deum optimum maximum, e capropter tribum Benjamin penitus non extinxisse, licet aliquin ob ingentia eius scelera condigne id meruisset, quia praenoverat divum Paulum ex ea tribu oriundum; facile inde a simili mihi persuadeo, populum israeliticum toties idola colentem, et a Deo suo recedentem, non fuisse penitus ab eo extinctum, quia ex illo oriundam praenoverat Mariam inviolatam Virginem futuram Filii sui genitricem, ex cuius purissimo sanguine Verbum divinum passibilem carnem sumpturum erat, et genus humanum a salutaris servitute liberaret, et ad filiorum Dei libertatem transferret, cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XII.

Alia allegorica, et mystica intelligentia totius genealogiae Deiparae Mariae, et interpretatio nominum, quae in illa referuntur, pulchre describitur, in illa verba: Liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham.

In exordio expositionis enusumque libri tria praecipue quaerenda esse reor, tempus, locum, et personam; locus quidem compositionis huius libri, Iudaeam fuisse nemo diffidetur, ubi hebraico idiomate scriptum constat. Tempus fuit Caii imperatoris, qui singulare monarchiam universi orbis Romae tenebat. Auctor Matthaeus divino spiritu afflatus, qui *Levita* genere, et sacerdos exilit dignitate, cuius nomen interpretatum in nostra lingua *Donatus* dicitur; digno valcino sic vocatus, quia telonio negotiis immersus, ab illis se avocans Christo se donavit, et a Christo Ecclesiae catholicae donatus ipse fuit, ut pulchram Verbi incarnati historiam conlaxeret. Fuit autem ante multa saecula ostensa a prophetis sub effigie hominis (*Ezech. 1*), quia gesta, quae Dominus noster in carne iuxta humanam carnem gessit, narraturus erat: Marcus in specie leonis apparuit, quia evangelium ab actu leonis inchoavit, cui propriam est in deserto rugire: dixit enim (*Luc. 1*): *Vox clamantis in deserto*. Lucas sub specie iuveni similatus apparuit, quia ab eo coepit, qui vitulos frequentius offerre solitus erat, videlicet a Zacharia sacerdote: Ioannes vero more aquilae volantis, illum, qui super astra sedet, verbo petiit, iniquiens (*Ioan. 1*): *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum.*

Requirendum vero, quare, cum multa evangelia ordinata fuisse legamus, in nomine duodecim Apostolorum, et etiam aliorum doctorum, sicut Lucas refert, nullum illorum placuerit Deo legi, vel suscepi in Ecclesia sua, nisi haec quatuor, neque plus, neque minus?

Etenim haec quatuor evangelia velut quatuor elementa mundi a Deo ordinata sunt, et ante multa saecula ostensa a prophetis: appellata autem ab Ezechiele sunt *animalia* (*cap. 1*), quoniam propter animam hominis evangelium praedicatur: vel propter converfendos peccatores, qui instar animalium rationis expertum vitam agunt: idcirco vero plena oculis ante, et retro, intus, et foris a prophetis praedicata sunt, quia et praesentia Domini gesta, et futura de iudicio venturo narrare: crura dicuntur recta habere, quia nihil a veritatis tramite deflectens in evangelis invenitur: *quasi sit rota in medio rotae*: quia quidquid evangelium annunciat, in veteri testamento praedictum fuit; et ambo, velut concordēs rotae, Christi doctrinam per universum orbem vehunt: quod dicit, *ubi erat impetus spiritus, illic gradiebatur*, ostendit, nihil aliud Evangelistas narrasse, nisi quae Spiritus sanctus in cordibus eorum profudit. Figurae istorum animalium etiam Domino conveniunt, qui homo factus est nascendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, et aquila exiitit ascendendo. Quia ergo sic ordinata a Deo, et ostensa sunt ista quatuor evangelia longo ante tempore, ideo respicit Ecclesia catholica aliorum pseudo doctorum deliramenta, et suscepit haec quatuor in similitudinem quatuor fluminum, quae profundum de uno fonte ex paradiso, per quorum alterum, quod *Gehon* dicitur, et interpretatur *terrenus*, significatur Matthaeus, qui terrena acta de Christo narravit (*cap. 9*); per *Tygrin*, qui *velocitas* interpretatur, Marcus designatur, qui cursum acta Domini exposuit per *Euphratem*, qui *fertilitas* interpretatur, Lucas designatur, qui uberius, et latius Domini gesta decurrit: per *Phison*, qui *infans* potest dici, significatur Ioannes, qui excellentius afflatus Spiritu sancto, de Domini dignitate attingit: et sicut illa quatuor flumina paradisi irrigabant, sic et ista quatuor evangelicae doctrinae flumina totam irrigant Ecclesiam. Non pauca sacramenta in sacra Scriptura inveniuntur, quae hunc numerum sacramentorum reddunt: quatuor sunt elementa, per quae mundus subsistit; coelum, terra, ignis, et aqua: per aquam Marcus, qui dixit: *Vox clamantis in deserto*: per terram Matthaeus, qui dixit: *Liber generationis*: per ignem Lucas, qui ait: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis*, per coelum Ioannes, qui transit omnem creaturam, dicens: *In principio erat Verbum*. Homo ex quatuor elementis constat superius comprehensio: Adam ex quatuor literis compositum nomen habet, quae praecipua sunt in quatuor clymatibus mundi; in graeca lingua, *A*, idest, *alpha*, ἀρχὴν *oriens*: *Δ*, delta, δόσις, idest, *occidens*. Item *α*, ἀρχαίς, *septentrio*; *μ*, μεσημέρια, idest, *meridies*. Arca testamenti quatuor circulis aureis portabatur, et per vectes quatuor auro coopertis quatuor evangelia significantur. Arca Ecclesiam, vectes doctores: sicut circumdati erant annulis, ita sacerdotes de veteri, et de novo testamento docti, et de quatuor evangelis defendunt Ecclesiam ab haereticis, Vas linteum, quod vidit Petrus (*Act. 10*), significat Ecclesiam; quatuor lineae, per quas dimittebatur, quatuor evangelia signifi-

cant; munda, et immunda animalia habebat, quia Ecclesia de omnibus gentibus colligitur. Sed age iam mysticam intelligentiam totius huius genealogiae tradere ab ipsa nominum interpretatione exordiens. Ne autem cupiam id inutile videatur, recolat quaeso verba illa divi Chrysostomi (*ho. 2. de verb. Isai. to. 2*) in eos, qui studia nominum, et genealogiarum fastidiebant: sic enim ait: *Sunt homines quidam opifices, qui posteaquam sacros libros in manus suaspererint, deinde repererint, vel anorum numerum positum, vel nominum recensitionem, illico praetercurrunt, et incusantibus respondent: nomina tantum sunt, nec quicquam habent utilitatis. Quid ais? Deus loquitur, et tu aures decere nullam esse ditorum utilitatem? Haec divus Chrysostomus. Abraham ergo pater multarum gentium; Isaac gaudium; Iacob supplantator; Iudas confessio interpretatur: Phares divisio; Zara oriens; Esron sagittam videns; Thamar palma dicitur; Aram electus; Aminadab populus spontaneus; Naasson augur fortis; Salmon terribilis accipitur; Boaz in ipso fortitudo; Rahab lata; Obed serviens; Ruth festinans subauditur; Isse incendium; David manu fortis, vel desiderabilis; Salomon pacificus; Urias lux mea Deus; Bethsabee filia iuramenti subintelligitur; Roboam latitudo populi; Abia pater dominus; Asa tollens; Iosaphat Dominus indicavit exprimitur: Ioram excelsus; Ozias robustus Domini; Ioathan perfectus; Achaz apertus dicitur; Ezechias fortitudo Domini; Manasses oblioscus; Amon fidelis; Iosias salus Domini interpretatur; Iechonias, praeparatio Domini; Eliahim Dei resurrectio; Azor adiutus; Sadoch iustus; Achim frater meus subintelligitur; Eliud Deus meus; Eleazar Deus adiutor; Mathan domum; Iacob supplantator exprimitur. Igitur per hos patriarchas Christus Dominus noster veniens in mundum, horum omnium in se ipso allegorice gessit officium, et in eorum interpretatione nominum nostram salutem designavit. In Abraham, pater est cunctorum credentium, in quo iuxta Apostolum clamamus: *Abba Pater*; in Isaac, gaudium est omnium fidelium, de quo angelus dixit (*Luc. 2*): *Ego annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo*: in Iacob, supplantator est, quia ipse subnervavit, et contrivit diabolum vastatorem humani generis, et vasa eius diripuit: in Iuda, confessio: quia ipse dixit (*Matth. 11*): *Confiteor tibi Pater, Domine coeli, et terrae*: In Phares, divisio, quia segregat oves ab haedis, idest, bonos a malis, electos a reprobis: in Zara, oriens, sicut scriptum est (*Luc. 1*): *Visitavit nos oriens ex alto*: in Thamar, palma victoriae, sicut ipse dixit (*Ioan. 1*): *Confidite*: in Aram, electus, de quo Pater loquitur (*Isai. 54*): *Eccc puer meus, quem elegi, electus meus, dedi super eum spiritum meum*: in Aminadab, populus spontaneus, qui sponte posuit animam suam, ut non efficeret populum sibi spontaneum, Deoque acceptabilem: in Naasson, augur, idest, propheta fortis, cum dixit (*Matth. 23*): *Cum venerit Filius hominis in maiestate sua,**

tunc sedebit, ut iudicet orbem terrae in aequitate: in Salmone sensibilis, idest, intellectualis, de quo scriptum est (*Luc. 11*): *Ipsae aures, ut vidit cogitationes eorum*; et iterum (*Psal. 93*): *Dominus novit cogitationes hominum*: et (*Psal. 5*): *Seruantur corda, et renes Deus*: in Booz, fortitudo in ipso est, quia a nemine fortitudinem accepit, de quo dicitur est (*Psal. 23*): *Dominus fortis, et potens, et Dominus potens in praebio*: et ipse in evangelio ait (*Ioan. 12*): *Omnia traham ad me ipsum*: in Rahab, latitudo non capit orbis, cuius regni non erit finis: in Obed, serviens, quia non venit ministrari, sed ministrare, formam servi accipiens: in Ruth, festinans ad salutem nostram, qui festinanter vult omnes salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, dicens in evangelio (*Matth. 4*): *Poenitentiam agite: appropinquavit enim regnum caelorum*: in Isse, incendium agnoscerit: ipse autem dixit (*Luc. 12*): *Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut ardeat*; sicut Ioannes edixit (*Matth. 3*): *Ipsae vos baptizabit in Spiritu sancto, et igne*: in David, desiderabilis, quia speciosus erat forma prae filiis hominum; in eodem, manu fortis, quoniam flagellum de funiculis in manu teneo, immensam vendentium, et ementium multitudinem eiecit de templo; vel quando diabolum vicit, et calumniatorem nostrum contrivit: in Salomone, pacificus, sicut ipse dixit (*Ioan. 14*): *Paxem relinquo vobis, paxem meam do vobis*; et Apostolus (*Ephes. 2*): *Ipsae est pax nostra, qui fecit utraque unum*; in Bethsabee, filia iuramenti, de quo dicitur est (*Psal. 102*): *Iuravit Dominus, et non poenitit eum*: Tu es sacerdos in aeternum; in Roboam, latitudo populi est, cum dicit (*Matth. 8*): *Multi ab oriente, et occidente venient, et recumbent cum Abraham, Isaac, et Iacob in regno caelorum*: in Abia, pater Dominus, qui ait (*Matth. 23*): *Nolite vobis patrem vocare in terra; unus est enim pater vester, qui in caelis est*: in Asa, tollens, de quo Ioannes (*Ioan. 1*): *Eccc Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*: in Iosaphat, Iudex, qui ipse iudex viciorum, et mortuorum; sicut ipse ait (*Ioan. 5*): *Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio*: in Ioram excelsus, quia ipse ascendit super omnes coelos, ut adimpleret omnia; et Psaltes dicit (*Psal. 112*): *Excelsus super omnes gentes Dominus, et super coelos gloria eius*: in Oza, robustus Dominus, quia ipse capitulum humani generis in manu robusta liberavit, et in alta caelorum deduxit: in Ioathan, perfectus, sicut in evangelio ait: *Nos enim decet implere omnem iustitiam*: in Achaz, apprehendens, qui coelum palmo ponderavit, et terram pugillo conculcit: in Ezechia, fortitudo Domini, quia iuxta Apostolum (*1. Cor. 1*), Christus est *Dei virtus, et Dei sapientia*: in Manasse, oblioscus iniquitatis, sicut scriptum est (*Ezech. 18*): *In quacunque die concersus fuerit peccator ab iniquitate sua, omnium iniquitatum eius non recordatur*: in Amon, fidelis, iuxta divum Paulum: *Ut misericus fuerit, et fidelis Pontifex ad Deum*; et iuxta Ioannem: qui *fidelis in Iosia, salus Domini*, quia *Omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit*: in Iechonia,

praeparatio Domini, qui ait: *Si abiero, et praeparavero vobis locum; in Salathiel: peccato mea Deus, ait enim: Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: in Zorobabel, magister peccatorum, et publicanorum, ut eos ab errore viae suae revocaret; et ait ipse ait: Nec vocemini magistri, quia magister vester unus est Christus: in Abiud, Pater meus, quia ipse est pater omnium credentium: in Eliachim, Domini resurrectio, ait enim (Joan. 11): Ego sum resurrectio, et vita, qui credit in me, non morietur in aeternum, sed ego resuscitabo eum in novissimo die: in Azor, adiantus, ut (Joan. 8): Qui me misit, mecum est, et non reliquit me solum; et iterum (Joan. 14): Opera, quae ego facio, a meipso non facio, sed Pater, qui mecum est, ipse facit opera: in Sadoch, iustus, sicut scriptum est (Rom. 3): Ut sit ipse iustus, iustificans eos, qui ex fide Abraham sunt; in Achim frater meus, ut ait (Matt. 12): Si quis fecerit voluntatem Patris mei, ipse meus frater, et soror, et mater est: in Eliud, Deus meus, quia ipse est Deus, ex substantia Patris ante saecula genitus, qui in patibulo crucis dixit: *Eli, Eli, hoc est, Deus meus, Deus meus: in Eleazar, Deus adiutor, quia ipse adiutor in opportunitatibus, in tribulatione, et protectores omnium sperantium in se: in Mathan, donum, quia ipse ascendens in altum, captivum ducit captivitatem, dedit dona hominibus; et quia per ipsum Pater Deus omnia dona donavit: in Iacob, ut supra diximus, supplantator est hostis antiqui, qui fidelibus dedit potestatem calcandi super serpentes, et scorpiones, et super omnem virtutem inimici: in Ioseph, auctus, cui dedit Pater gentes in haereditatem suam, et in possessionem suam terminos terrae; vel, augmentum, vitae aeternae acit, sicut ipse dixit (Joan. 10): Ego veni, ut vitam habeant, et abundantius habeant: in sancta, et perpetua Virgine Maria, stella maris ipse est, id est, lux mundi, sicut ipse ait (Joan. 8): Ego sum lux mundi, et hoemes (c. 1): Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; in proprio nomine Iesu salvatoris, vere salvator est, angelo exponente, qui ait: Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Item vero Christus, id est unctus appellatus est, quem unxit Deus in humanitate oleo letitiae, id est, unctione sancti Spiritus in sacerdotem, et regem sempiternum, quatenus christianos ex suo nomine vocatos, per id, quod salvator est, a peccatis salvaret; per id, quod sacerdos est, in regnum sempiternum collocaret.**

Hae quoque interpretationes nominum ad nostram aedificationem multis modis pertinere noscuntur: sicut enim Christus ubique nostrae salutis gerebat curam, ita et ipsa patriarum nomina nostrum profectum designare volunt: in Abraham, ad patres simus multarum virtutum, et haereditatis iure multiplicationem bonorum possideamus: In Isaac, ut gaudium habeamus in Domino, et non in hoc mundo, iuxta hoc, quod ipse dixit (Luc. 10): *Gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in caelo: et iuxta Apostolum (Phil. 4): Gaudete in Domino semper: in Iacob, supplantatores simus vitiorum nostrorum, et carnale desiderium vivaci pede a diaboli po-*

testate calcemus: in Iuda, ut in Psalmo 94 dicitur: *Præveniamus faciem Domini in confessione, et confiteamur nomini sancto eius: in Phares, ut dividamus nos ab impiis, et abstrahamus ab omni fratre ambulante iniquitate, et non communemur operibus eius malis: in Zaram, ut lucifer verus oriatur in cordibus nostris, et sol iustitiae splendeat in nobis ubique, et ut luceat lux nostra coram hominibus, ut videant opera nostra bona, et glorificent Patrem nostrum, qui in caelis est: in Esron, ut sagittae simus salutis Domini, ut de nobis dici possit: *Sagittae potentis acutae: in Thamar, ut, cum palma victoriae pompas diaboli, et concupiscentias mundi superemus propter eum, qui dilexit nos: in Aram, ut simus genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, et annunciemus virtutes eius, qui de tenebris nos vocavit in admirabile lumen suum: in Amiadab, ut spontaneus Domini populus simus, in aedificationem corporis Christi: in Naason, ut auguris gentium derelictis divinis promissis fidem adhibeamus: in Salmon, ut sensibiles, id est, intellectuales virtutis Dei, et factores inveniamur: quia non auditores legis, sed factores iustificabimur: in Booz, ut iuxta Apostolum confortemur in Domino, et in potentia virtutis eius, succineti lumbos nostros in virtute, induti lorica virtutis, et iustitiae, sumentes scutum fidei nostrae et galeam salutis, et gladium spiritus, quod est verbum Dei: in Rahab, ut latum mandatum Domini nimis diligentes, observantes, Dominum Deum ex toto corde, tota anima, tota virtute diligamus, et proximum, sicut nos ipsos amplectamur: in Obed, ut serviamus Domino pro spiritu iustitiae, ut dilectione sancta, quatenus rationale sit obsequium nostrum, et acceptabile fiat sacrificium: in Ruth, ut festinantem ingredi in illam regitem, id est, in coelestem Ierusalem, dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, quia non habemus hic permanentem civitatem, sed futuram inquirimus: in Iesse, ut incensum orationum nostrarum in arca cordis nostri, in spiritu contribulato, et humiliato Domino offeramus, cum Psalmista dicentes (Ps. 140): *Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: in David, ut manu forti, contra Goliath spirituales pugnantem, et exhibentes corpora nostra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, desiderabile templum officium Spiritui sancto: in Salomone, ut quantum ex nobis est, cum omnibus hominibus pacem habeamus, illud dominicum intendentes: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur: in Bethsabee, ut iuramentum omnibus modis custodiamus, ne perituro incidamus in laqueum diaboli: in Uria, ut lux nostra Deus sit, videlicet ut enim sequentes non ambulemus in tenebris mortis, sed habeamus lumen vitae: in Roboam, ut longe, lateque per orbem terrarum populus dispersus unitatem Spiritus in vinculo pacis, et charitatis habeamus; unum Dominum, unam fidem, unum baptismum profiteamur de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta: in Abia, ut charitate fraterna invicem diligentes, unum patrem habeamus Dominum in coelis, qui nos voluntarie genuit verbo veritatis, ut simus initium aliquod****

creaturae eius, et benedictionem haereditate possideamus, et gloriamur in spe gloriae filiorum Dei: in Asa, ut tollamus membra nostra de luto, et sterquilino vitiorum, ne serviant immunditiae, et iniquitati ad iniquitatem, sed iustitiae in sanctificationem; quia non vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem: in Iosaphat, ut recte iudicemus omni personae, sicut scriptum est (Ps. 57): *Recte iudicatis filii hominum; et quodcumque volumus, ut faciant nobis homines, faciamus, et illis similiter, scientes, quia mensura, qua mensi fuerimus, remetietur nobis: In Ioram, ut excelsi, et sublimes effecti, quae sursum sunt, quaeramus, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quae sursum sunt, sapimus, non quae super terram: quoniam omne datum optimum, et omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre luminum: in Ozia, ut robusti in Domino effecti, in omnibus persecutionibus, et tribulationibus nostris, quas sustinemus, exemplum accipiamus laboris, et patientiae Prophetas, qui loquuti sunt in nomine Domini Iesu: in Ioathan, ut perfecti simus, sicut et Pater noster coelestis perfectus est: in omnibus nos ipsos exemplum praebentes, et docentes omnem hominem in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum: in Achaz, ut apprehendamus disciplinam, ne quando irascatur Dominus, et pereamus de via iusta, quae Christus est, qui dixit: *Ego sum via, veritas, et vita: in Ezechia, ut fortes Domini, resistamus adversario nostro diabolo, qui tanquam leo rugiens circum, quaerens quem devoret: non in nostra virtute confidentes, sed Domini fortitudinem cum Psalle collaudantes (Psal. 117): *Fortitudo mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem: in Manasse, ut oblivisi simus iniuriarum nostrarum, et eis, qui contra nos agunt, propter nomen Domini ignoscamus, ne illud maledictum incurramus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: in Ammon, ut fideles in fide iudicati, et fundati, in omnibus sumamus scutum fidei, in quo possimus omnia tela nequissimi ignea extinguere: in Iosia, ut salutem Domini, et animarum semper deprecemur, ne obaeceamur in infidelitate, ne claudicemus in viis mandatorum eius, ne surdi ad audiendum verbum Dei efficiamur, ne moriamur in peccatis, sed ut semper salvemur ab eo, qui salvos facit sperantes in se: in Iechonia, ut praeparati simus in adventu Domini secundum, vigilantes, et orantes, ne intremus in tentationem, sed cum illis intrare ad nuptias mereamur, de quibus ipse dicit (Luc. 12): *Beati sunt servi illi, quos cum venerit Dominus, invenierit vigilantes: in Salathiel, quatenus petitio nostra ad Deum semper dirigatur, ut gaudium nostrum sit plenum, non huius saeculi moerore permixtum, sed infinita beatitudine sempiternum, et hoc in nomine Salvatoris ut impetrare possimus quod petimus: in Zorobabel, ut magistri simus veritatis, prohibentes magisteria, et confusioes haereticorum, et quae verbis docemus alios, exemplis commendemus, ne de nobis dicat Deus (Psal. 49): *Quare tu enarras iustitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, et proteicisti sermones meos******

*retorsum: in Abiud, ut sit nobis Deus in patre, et nos illi in filios, habentes spiritum adoptionis, in quo clamamus (Rom. 8): *Abba Pater: si autem filii, et haeredes; haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi: in Eliachim, ut resurgamus a tumulis vitiorum ad celsitudinem virtutum, de terrenis ad caelestia, de morte ad vitam, de Gaza ad Galilaeam, id est, de inferno ad aeternam transmigracionem, ubi sancti ibant de virtute in virtutem (Psal. 83), donec videbitur Deus Deorum in Sion: in Azor, ut ad iulii divina gratia, in cuncta nobis adversantia patienter supportemus, et Dominum adiutorem nostrum cum Psalmista collaudemus, dicentes (Psal. 27): *Dominus adiutor, et protector meus: in ipso speravi cor meum, et adiutus sum: in Sadoch, ut iusti appareamus ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, et iustificationibus Domini sine querele, ut cum iustus mereamur audire vocem dicentis (Matt. 23): *Vente benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est a constitutione mundi: in Ioachim, ut fratres Iesu Christi mereamur appellari non pro cognitionem carnis, sed per unctionem Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde, ut facientes voluntatem ipsius, sobrie, et iuste, et fide vivendo in hoc saeculo, ad Patrem suum, et Patrem nostrum, ad Deum suum, et Deum nostram ascendere possimus in futuro: in Eliud, ut nullam habeamus Deum nisi Dominum Iesum Christum, cui omne genuflectitur, et omnis lingua confitetur; et ut ipsi soli sacrificium laudis immolamus, et vota nostra reddamus, ipsumque locum adoremus, quem oportet adorare in solitudine, et veritate: in Eleazar, ut nullum quaeramus adiutorem, nisi Dominum Iesum Christum, qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus, ad intelligimus, et ut quodcumque facimus in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini faciamus, dicentes cum Propheta (Psal. 123): *Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit caelum, et terram: in Mathan, ut donum supernae gratiae, spiritum scilicet sapientiae, et intellectus, spiritum consilii, et fortitudinis, spiritum scientiae, et pietatis, spiritumque timoris Domini retinentes, discretionem habeamus inter bonum, et malum, quae est mater omnium virtutum: in Iacob, ut supplantantes a nobis zizaniam vitiorum, et sicut cinnamomum, et balsamum aromatizantes, et quasi myrrha electa odorem demas, et plantati in domo Domini, boreamus in aeternam ante Dominum: in Ioseph, ut de die in diem, virtuti virtutem, sanctificationi sanctificationem apponentes, merito, et numero augeamur, et in eo crescamus in salutem: et ut per scalam in caelum erectam, quotidie de gradu in gradum ascendamus, donec spiritaliter formetur Christus in nobis, in sancta, et perpetua Virgine Maria, quae stella maris, vel illuminatrix interpretatur, ut illuminatio mundi, id est, doctores sanctae Ecclesiae simus, et in cordibus credentium, lumen fidei, et amoris Christi per doctrinam veritatis, et exempla sapientiae orifici faciamus, et Deo habitaculum praeparemus, in Iesu Domino nostro ut salvatores animarum nostrarum esse valea-*****

mus, manifeste declaratur: quisquis enim in fide, spe, et charitate, vigiliis, ieiuniis, et orationibus, castitate, sobrietate, elemosynarum largitione, directione Dei, et proximi usque in finem perseveraverit, et converti fecerit peccatorem ab errore vitae suae, salvabit animam eius a morte, et operiet multitudinem peccatorum. In Christo autem, ut illa christiani sensus, quatenus sicut ille ambulavit, et nos ambulemus, et sicut ille pro nobis animam suam posuit, ita et nos pro fratribus nostris animas ponamus: et sicut ipse horum nominum interpretationes in se naturaliter gerebat, ita et nos in omni activa, et contemplativa vita, ut dictum est, spiritualiter recolamus: ad hoc enim Christus passus est, nobis exemplum relinquens, ut sequamur vestigia eius; et abnegemus nosmetipsos, et tollamus crucem nostram, et sequamur eum perducendum nos ad gloriam sempiternam, quam *caelus non vidit, nec quis audivit, nec in cor hominis ascendit, quam praeparavit Deus diligentibus se*. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XIII.

In idem argumentum tractantur per plures rationes literales, ac permixtae aliae mysticae ad humanos mores componendos, ob quas in hac genealogia Christi, et Matris eius praefertur Davidi Abraham; necnon aliae scitu dignissimae apponuntur, propter quas tres reges Christi progenitores ab eius genealogia fuerint expositi, ubi de tyrannide principum erulite disseritur in illa verba: Filii David, filii Abraham.

Quaerunt non pauci, quare d. Matthaeus ex progenitorum Christi prosapia Davidem, et Abrahamum priores nominaverit, cum revera eorundem parentes nominare potuisset, qui reipsa illis priores fuerunt; huic quaesito sufficienter respondisse arbitror d. Petrum Damianum (super *Matthaeum*), dum ait: quod quia Christus Dominus simul rex, et sacerdos erat, oportebat de sacerdotali simul, et regio semine carnem suscipere; et ad id manifestandum voluit primos eius parentes in genealogia nominare Davidem, et Abraham, quorum alter rex in lege scripta, alter sacerdos in lege naturae extitit. Existimo etiam consulto priori loco eos nominasse Evangelistam, quia illis specialiter Deus fidem suam adscrixerat, ex eorum genere carnem sumpturum: Abraham enim dixit (*Gen. 22*): *Quia fecisti hanc rem, et non peperisti filio tuo, per nemetipsum iuravi, dicit Dominus: In semine tuo benedicentur omnes gentes*. Similiter etiam Davidi promisit, ut ipse testatur (*Psal. 131*): *Iuravit Dominus David veritatem, et non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam*. Verum communis est quaesito, et quae in ore omnium versatur, quare cum Abraham Davide antiquior sit, et venerabilis eius cani omni honore, et reverentia digni inveniantur,

Spiritus sanctus praeponat illi Davidem, et Christi genealogiae caput, eundem constituat; augetque non parum difficultatem, quod praeter antiquitatem, qua manifeste praecellit Abraham, tanta viguit vitae sanctitatem, ut s. Ambrosius (*lib. de Patriarchis*) dicat: *Si daretur fingendi licentia, talem universa philosophia non fingeret: quasi diceret: maiorem fuisse eius sanctitatem, quam humanum ingenium fingere potuisset. Sed non opus est Ambrosiano testimonio, cum divinum adsit eloquium, Spiritu sancto de illo dicente (*Ecles. 44*): Non est incensus similis illi, qui consecravit legem excelsi: cum ergo Abraham ex una parte vitae sanctitatem conspicuas, et ex alia Davide multo antiquior esset, videbatur quidem praefertendus, non postponendus illi. Communis, inquam, haec, ac satis trita quaesito est, non diffiteor: sed quanto communior, tanto ergo singularia magis ei responsa adhibere; antiquam tamen id praestem, nec possum, nec deo aliorum placita, et praecipue sanctorum Patrum, quos semper venero, et ut par est, suspicio, silentio praedermittere. D. Chrysostomus (*c. 1. Matth. hom. 2*), et aliorum, et suam sententiam his verbis aperit: *Qua vero de causa non cum ante filium David nuncuparet? non sicut opinantur aliqui ab inferioribus volens ad superiora concedere; atque scissis quod fecit et Lucas, nunc autem e contrario facit: cur ergo commemoravit priorem David? quia ipse procul dubio in omnium versatur ore ob insigne honoris, et gloriae, ob ipsius quoque temporis iunctura, non enim olim defunctus fuerat, sicut Abraham. Etsi enim utriusque promiserat Deus, sed tamen illud quasi antiquum retinebatur, hoc vero quasi novum, et recens ab omnibus celebrabatur: ipsi namque Iudei dicunt: nonne ex semine David, et Bethlem castello, ubi erat David, venit Christus? nemo igitur illum filium Abraham, sed omnes filium David nominabant; haec d. Chrysostomus: et s. Hieronymus singularem aliam viam ingressus in commemoratio huius loci ait: *Ordo praeposterus, sed necessario commutatus: si enim primum posuisset Abraham, ac postea David, fuerat repetendus Abraham, ut generationis series lætetur; repetendus, inquam, in hunc modum, quod Matthaeus hoc observat in ista genealogia, ut nomen progenitoris his coniunctum nullo alio interposito repetat, ut Salomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit Abiam, Abias autem genuit Asa, et sic de reliquis: si ergo Matthaeus Abrahamum Davidi praeposuisse: Liber generationis Iesu Christi, filii Abraham, filii David, filii Abraham: Abraham autem genuit Isaac, quae sane repeditio parum fuisset venusta. S. Thomas (*in Catech. super cap. 1. Matt.*) haec reddit inter alias illius ante-positionis rationem, quia regni dignitas maior est, quam naturae: nam etsi Abraham praecedebat in tempore, David praecedebat in dignitate. Alii, id referente Baradio (*in c. 1. Matth.*) propterea aunt, Evangelistam praeposuisse Davidem Abraham: nam si e contra dixisset filii Abraham, filii David, sensum redderet ambiguum, quia posset intelligi Abrahamum esse filium Davidis. Scio sub praedictas rationes currere, si vera est inge-***

niosa Cornelii Jansenii interpretatio asserentis (*in Concordia cap. 6*), sensum illorum verborum esse: *Liber generationis Iesu Christi, filii David, qui fuit filius Abraham, secundum quam intelligentiam minime praepositur David Abraham, sed postpositur, cum filius Abraham dicitur. Ceterum his iam praehabitis literalibus expositionibus, ad mysticas properemus. In primis propositae quaestioni egregie satisfieri posse arbitror per verba d. Iacobi (*cap. 2*): *Superexcelsat misericordia iudicium, id est, ut explicat Card. Caietanus, Glorietur misericordia, et triumphat de iudicio, hoc est, de sententia, qua iustum indicat: sed exemplo innolescet magis haec expositio. Iustum iudicium Salomonis fuit celebris illa sententia (*3. Reg. 3*), qua, litigantibus matris, cuiusnam esset infantulus, illum dividi iussit; sed de hoc iudicio triumphavit misericordia verae matris infantuli dicens, ut integer absque ulla divisione falsae matri traderetur. Sane haec misericordia revocare fecit Salomonis sententiam: infantulus enim divisus non fuit, sed suae matri traditus. Ad rem ergo nostram, Abraham quidem iustitiae adeo callor fuit, ut nec proprio filio suo pepererit: si enim iustum defuisset esse, dare unicumque quod suum est, certe Deo, tamquam universali omnium Domino ab Abraham postulante, ut immolaret sibi filium suum, et illum sibi traderet, id ipse exsequens, non solum obedientiam, sed et iustitiam ostentavit: David autem mansuetissimus in misericordia exerenda insignis adeo fuit, ut cum infestissimum suum inimicum Saulem non solum facile, sed impune interficere potuisset, liberaliter vitae eius peperit (*3. Reg. 9*); immo in interfectorem eius gladio confodi iussit, et postea in regno ei succedens dixit (*2. Reg. 9*): *Putasne est atiquis, qui remanserit de domo Saul, ut faciam eum eo misericordiam Da? ubi observandum est, non dixisse misericordiam, sed misericordiam Dei: sicut enim haec in eo maxime effulget, quod offensas sibi illatas condonat, ita etiam David in condonandis iniuriis, Deum ipsum imitans, insignis, et famosus fuit. In historia ergo generationis Christi, quae fuit supremum omnium opus, misericordiae divinae congruum erat, rationique consonum, ut in capite libri ille, qui inter Christi progenitores elementia, et misericordia insignior fuisset, poneretur: ideoque David praepositus fuit Abraham. Atque in idem recidit, si dicamus, nominasse consulto primo loco Davidem, quia cum hic liber contineret praeclearissima omnium facinora Christi, et inter haec primum locum teneat, ad maiorem eius gloriam ostendant, parere inimicis, et veniam peccatoribus impertiri, ut aperte indicant verba Isaiae (*cap. 30*): *Exaltabitur vobis parens: quia Deus iudicis Dominus; hinc est, primum nominasse Davidem, qui mansuetudine extima in pacendo inimicis insignis fuit. Sed, ne quaeso praecitatae Isaiae verba illustrare praetereamus, continent enim specialem difficultatem; nam cum dicat Isaia (*ibid.*), exaltandum esse Deum, quia parens est, reddidit rationem, quia Deus iudicis Dominus: unde e contrario videretur oratio contemenda, exaltandum scilicet esse Deum puni-****

tem, quia Deus iudicis est. Certe indices non solent magnum parere sibi nomen, nisi ob insignia iustitiae opera; unde Iuvenalis (*Sat. 2*) alloquens indignum exercebat iustitiae timidum, illum hortatur his verbis:

Rumpere miser sensum iocur, ut tibi lapsus
Tigantur vidiles scabatur gloria palmae:

quibus verbis alludit ad antiquum illum morem, quod cum quis ad scabas condemnabatur, quod perinde erat, ac si palibus suspenderet, multis eucomiis iudicem prosequabantur, quod iniquorum hominum foce repulibacum expurgaret. Illud igitur mirabile est, quod Isaia ait, quod cum revera iudices per iustitiam exercebant laudibus, ac palmis exaltentur, Deus autem sapremus iudex ea praecipue ratione exaltet, quod misericordiam impertiat. Huius autem rationem apprehendere possumus ex loco illo Ecclesiastici (*cap. 42*), ubi postquam Sapientia aeterna Filii comparaverat se palmae: *Quasi palma exaltata sum in Cades, deinde comparat se non proceri arbori, ut palmae, sed humili, ut rosae: quasi plantatio rosae in Iericho (*ibid.*); postmodum vero comparationem magnarum arborum prosequitur: quasi aliae speciosa in campis (*ibid.*); non absque mysterio parvam, et humilem rosae plantam inter proceras arbores constituit. Illud autem mihi delegatur, quod palma est symbolum iustitiae, quia nullo pondere fectur; unde forsitan ad significandam hanc inflexibilitatem Debora illa formosa, quae index fuit in populo Dei, iudicii sui tribunal constituit sub palma, ut iudicium sacra narrant historia (*cap. 5*); et contra vero oliva symbolum est misericordiae, et reconciliationis, ut columba illa a Noe missa ramum olivae in ore defereans in signum divinae placationis, significavit; purpurea tandem rosa symbolum est amoris, unde antiqui in Veneris manu eam depingere solebant. Si quispiam ergo quaerat, quis coniunxit iustitiam significatam per palmam, cum misericordia significata per olivam? respondebo: Amor significatus per rosam: cum enim misericors amor iustitiam mitiget, et leniat, nihil haec suae gloriae, et splendoris amittit; nam, ut Iacobus dixit (*cap. 2*), *superexcelsat misericordia iudicium: quia vero in iudicibus huius saeculi nec amor, neque odium praevallere debent, quominus iustitiae iura serventur, idcirco quod illos exaltat, et famosus reddit, est involabilis iustitiae observantia; in Deo autem supremo iudice aliter se res habet, quia cum ipse quaequam amore prosequitur, facile amor ille iustitiam in misericordiam convertit, nec iustitia huic iudicio dissentit, quia Deus absolutus dominus est, et supremum habens dominium, qui licet facere prout libuerit, non vero iudici humano. Recte ergo dixit Isaia (*cap. 30*): *Exaltabitur parens vobis Deus, quia Deus iudicis Dominus, id est, quia Dominus iudicis est, ad suspendendum, prout sibi placuerit poenam, quam secundum divinam iustitiam delicta merebantur.***

Sed iam aliam rationem, quae praecedentem magis confirmet, subiciamus. Certe, cum

promissio Christi venturi facta fuisset prius Abrahamae, quam Davidi, et ex illo non minus, quam ex David processisset; prima facie videbatur congruentius, et cum ratione magis coniunctum, ut Evangelista praeponeat Abraham Davidi: at cum aliter, Spiritu sancto dictante fecerit, rationes eius diligenter investigemus. Davidis quidem, et Abrahamae singula insignia opera praecisus alius gratiora fuisse novimus: Abraham enim proprio filio suo non peperit; David inimicis suis parcere non dubitavit: heroi cum opus fuit illud Abrahamae, sed id fecit propter amicum Deum (Gen. 22): *Non peperisti filio tuo propter me; placere autem amico, dulce est placenti: Deus hoc opus compensavit cumulatissime; quia pro filio suo unigenito oblato Unigenitum suum ei dedit, ut tanquam filius ab eo secundum carnem procederet, deinde manibus inimicorum, immo et morti illum tradidit. David autem inimicis suis parcens, excellentius sane facinus patravit: licet enim obsequentiorum animum redeolat propter mandatum Dei filium interficere, quam propter illum ipsum hostes non occidere, hoc sine dubio illo praestantius est, et Deo gratius, quia ingenium Dei non est, ut auferat vitam, sed, ut donet eam; non, ut morte mulet, sed, ut a morte liberet; Deus non fecit mortem, nec delectatur in perditione viciorum. Quia ergo opus Abrahamae eo tendebat, ut occidens filium, vitam ei auferret, David vero illum scopum respiciebat, ut vitam conferret, et mortem hostibus minime inferret, in quo Deo valde persimilem, qui mortem peccatorum non vult, se ostentavit; ideo voluit Christus auctor vitae, et salutis nostrae, prius vocari filius Davidis, quam Abrahamae. Quod si quispiam obicit, Deum morti tradidisse filium suum, atque adeo non minus similem fuisse Abrahamae, qui unigenitum suum occidere tentavit; in promptu est responso, Deum non abstulisse vitam filio suo, ut in tam auferret, sed, ut illum mundo in peccatis mortuo liberaliter condonaret; deinde actus Abrahamae opus fuit obedientiae, Davidis vero charitatis: tantum ergo hoc opus illud excessit, quantum virtus charitatis obedientiae virtutem superat.*

His rationibus aliam non minus singularem subnectamus. Certe dum praeposit Spiritus sanctus in genealogia Christi Davidem Abrahamae, arbitror, ni fallor, non docere voluisse, quantum intersit inter amicitiam divinam, et humanam. Inita inter homines amicitia saepe sapientis proprium enotamentum intente adeo respicit, ut illo cessante, ipsa etiam cesset, Iob id attestante, cum dicebat (c. 6): *Frates mei praetervierunt me, sicut torrens, qui reptum transit in convallibus; originale hebraeum habet: Frates mei sefellerrunt fidem, ut torrens. Egregia sane comparatio: contingit enim non semel ut cum viator hiberno tempore rivum aliquem magna aquarum copia fluentem pertransit, postea aestivo tempore illac sitibundus praeteriens, arenam adeo rivi alveum reperiat, ut neque unica aquae gutta linguam refrigerare possit, non secus in humana, ac fallaci hominum amicitia contingit, ut expertus fuit Iob: cum enim ille divitiis afflueret, amici eius variis modis*

ei inserviebant, et quando tamen omnibus bonis destitutus, in sterquilino sitibundus iacebat, nec unicam consolatoriam aquam guttam apud amicos invenit: nemo enim erat, qui promissa illi in prosperitate, eundem in egestate, et adversa eius fortuna impleverit. Recte ergo dixit Iob (c. 6): *Frates mei sefellerrunt fidem, ut torrens.*

At longe aliter divina amicitia erga homines se habet: quanto enim illi gravioribus pressuris, ac miseriis coangustantur, et comprimuntur, tanto magis Deus illos solatur, Davide dicente (Psal. 90.): *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, et glorificabo eum.* Expertus fuit id Daniel in lacu leonum, a quibus nec minimum nocumentum accepit: experta fuit Susanna a morte, ad quam iam damnata fuerat, divinitus erepta: experti tandem fuere tres illi invenes in caminum ignis ardentis immissi, quos voraces flammae non solum non combuserunt, sed nec teligerunt. Ut ergo nunc Deus ostenderet amicitiae suae integritatem, ac fidelitatem, quam olim cum Davide inierat, quando eius genus magis viluerat, a regia illa maiestate ad fabrilem Iosephi artem decidens, tunc ex eius genere carnem assumpsit, et suae genealogiae, ac gentilitiae nobilitatis caput ipsum constituit, Evangelista dicente (c. 1): *Liber generationis Iesu Christi filii David.* Atque hoc est, quod Isaia (c. 9) propheta docuit sub eleganti illa metaphora: nam ubi vulgatus noster interpret legit: *Egredietur virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet;* Chadaeus Paraphrastes vertit: *De radice egredietur rex regum:* hoc est quando Davidis genus magis abiectum exlitteri et minus decoram, velut radix arboris, quae in imo loco iacet, et venustatem nullam praesert, ex eo tunc oriatur rex regum Christus Dominus. Explicuit adhuc magis id ipsum originale hebraeum, ut perdoctae adnotavit Procopius in eundem locum, dum ait: *Nascetur virgo ex trunco sicco;* sicco quidem, tum quia humano semine minime humectato, cum quia viriditate, ac regio splendore omnino carente, adeo ut tunc nulla superesset spes antiquam maiestatem recuperandi. Cum ergo magis despecta iacebat Davidis prosapia, Deus tanquam fidelis amicus adeo illum exaltat, ut possit veraciter dicere (Hebr. 10.): *In capite libri scriptum est de me: alque ob hanc rationem in Christi genealogia sacer historiographus non Abrahamum, sed Davidem in priori, et honoratiori sede constituit.*

Illud etiam nonnulli in questionem revocant, quare non dixit Evangelista, *filii regis David*, sed nomen regum retulerit? maxime quod iuxta opinionem eorum, qui dicunt Evangelistam praeposuisse Davidem Abrahamae, quia licet iste antiquitate praecelleret, ille tamen regia dignitate eum superabat, congruum erat, ut diceret, *filii David regis.* Voluit quidem Spiritus sanctus reticere nomen regis, quando ait, *Christum esse filium Davidis*, ut significaret, quod sicut regnum David coepit, cum humile pastoris munus exercebat, et despectus erat, ita regnum Christi ab eius humilitate, et despectione coepit: de principio enim regni David dicitur (1. Reg. 22.): *Conveniunt ad eum omnes*

*qui erant in angustia constituti, et oppressi aere alieno, et moesto animo, et factus est eorum princeps: ita Christo adhaeserunt duo hominum genera, quidam, qui variis languoribus cruciabantur, hi erant in angustia constituti; alii, qui nullo aere alieno erant oppressi, de quibus dixit ipse (Luc. 7) per parabolam: *Duo delatores erant cuidam foeneratori: unde Magdalenae, Matthaeo, et pluribus aliis innumera debita liberaliter dimisit.**

Sed perge iam rationes adnotare, ob quas in Christi genealogia, cum reliqui eius reges adnumerati sint, tres illos Evangelista praeterrit, Ochoziam, Ioam, et Amasiam? Divus Thomas (super 1. cap. Matth.) ex d. Hieronymi, Chrysostomi, et Augustini sententia, hanc rationem tradit, quod hi tres parentum suorum peccata continuaverunt, et idololatriae dedilissimi fuere: *Continuatio, inquit, peccati, causa, vel ratio est destructionis gentium; et ideo isti tres, qui in peccato idololatriae permanserunt, excluduntur a genealogia Christi.* Alii putant praeterrmissos illos reges, qui ministros Dei inhonorarunt, et variis iniuriis affecerunt: hos Ochozias consiliarios Dei sprevit; Ioas Zachariam percussit odio illum habens, quia palam veritatem ei dicebat: Amasias ad prophetam alium cum increpantem magna ira percussit, haec locutus est (3. Reg. 22.): *Num consiliarius regis es? quiesce, ne interficiam te.* Alii arbitrantur, exclusos fuisse a Christi genealogia, quia hi tres reges ex genere Achab insignis idololatriae, ac divini nominis infestissimi hostis originem trahebant. Aliis deinde placet, praeterrmissos fuisse hos reges, quia Ochozias nupsit cum filia Iezabel; et sicut ad delendam memoriam impiae Iezabelis, ossa eius canibus corrodenda, ac devoranda tradita fuere, ita nunc ad sepeliendam in perpetuae oblivionis sepulchro istorum regum memoriam, aboliti sunt a genealogia Christi Domini. Alii tandem tradidere, delatos fuisse ab hoc libro vitae tres illos reges propter lupinam tyrannidem, quam in subsidio exerebant; unde, ut Deus ostenderet, quantum hoc genus peccati exercebat, noluit eos in libro generationis Filii sui adscribi; ex quo conicere licet, quam sit formidanda principibus regia eorum dignitas, cum ob ingenium eorum potentiam facile sit in tyrannos converti, nisi immoderatas animi sui passiones vehementer coercerent. Quadrangula supra nunc fuerunt cum Saule reges populi israelitici, et vix decem ex illis inventi sunt iusti: triginta, et sex reges Gothorum in Hispania regnarunt, quorum sexdecim tyrannidis suae poenas debitas luentes, partim gladio, partim veneno interierunt. Rationem autem, ob quam regia dignitas multiplici discrimini exposita est, tradit propheta Samuel, cum populo importune postulanti dari sibi regem, Deus petitioni eorum annuens, praecipit ei sic respondere (1. Reg. 8): *Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis, id est, ut explicat Caietanus, hoc erit ius regis (quia ipse voluit esse ius) filios vestros tollet, et ponet in curribus suis etc. agros quoque vestros, vineas, et olivea optima tollet. Sane mihi videtur Spiritus sanctus tyrannidem regum multifariam multisque modis subsidio opprimendum, vocasse ius per errorem existi-*

CARTHAGENA DE B. M. V.—Vol. I.

matum, cum nihil magis iuri advesetur, quam potentia tyrannica. Explicuit hoc singulari metaphora propheta Amos (c. 8.), cum dixit: *Haec ostendit mihi Dominus Deus: et ecce unicus pomorum et dicitur: Quid tu vides Amos? et dixit: unicum pomorum. Certe hunc pomorum unicum tyrannicam iniquorum regum potentiam praesignare aperte indicant sequentia verba: *Audite hoc, qui conteritis pauperem, et defecere facitis egenos terrae. Duobus modis solet hortulanus poema ab arbore carpere, ex inferioribus ramis man, ex sublimioribus vero imcino; sic potentes tyranni, quod manu carpere non possunt, unicum tyrannidis extorquent, importabilia tributorum onera imponunt, gravissimis legibus vexant, et pauperum sanguinem velut lupi famelicis sugunt, et pelle bonorum corporum oves suas expoliunt; at certe impunes non abibunt, Salomone dicente (c. 6.): *Potentes poterunt tormenta patientur: quod et aperte significavit Deus Ieremias: nam, postquam ostendit illi regalem dignitatem per virgam significatam, Virgam virgulentam ego video (Jerem. 1), continuo interrogavit eum: Quid tu vides Ieremia? et respondit: *Ollam succensam ego video; significans per hoc voraces, ac vindictes ignis flammam, quibus reges, et principes tyranni misere in aeternum cruciabantur. Illud tamen super omnia, quantum Deus tyrannidem detestetur, clare ostendit, quod Rupertus tradit (super Exod. lib. 1. c. 1) ubi quaerens, quare Deus distulit advenit suum per quatuordecim illas generationes, quae numerantur ab Abrahamo ad David, respondit, tyrannidem huius filiae, quia fratres Ioseph illum tyrannicam traxerunt, et vendiderunt; et quia per quatuordecim annos illum servire coegerunt, per quatuordecim generationes voluit Deus in poenam tanti delicti adventum suum in carne differre: quis, quaeso, non mirabitur, adeo tyrannidem, et iniustam insontis oppressionem, Deo detestabilem esse, ut quumvis reipsa sanguis Ioseph non perfusus, sed venditus dumtaxat fuerit, et captivitas eius per quatuordecim annos in honorem eius creatus fuerit, ut totius Aegypti prorex aedatus fuerit, nihilominus tamen in poenam, et vindictam illius delicti Deus primum suum in carne adventum humano generi valde profuturum, et divinae iustitiae in integrum satisfactorum, differre non dubitaverit? Hoc, qui alta mente perpenderit, non poterit non tyrannidem, et innocentis oppressionem mirum in modum execrari. Sed et parabola illa Christi Domini de illis, qui erant oppressi aere alieno, docemur aperte, quantum Deus tyrannicam principum insolentiam detestetur. Erat quidam debilis, qui debebat decem millia talenta, cui alicui concivis centum argenteos dare tenebatur: Rex decem millia illa talenta liberaliter ei donavit, et a debito immunit fecit: quia tamen hic, qui pepercit rex, summ debiorem centum argenteorum graviter opprimebat, et tenens suffocabat eum, rex dixit illi: *Serpe nequam, anne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me; nonne oportuit et te misereri consensui tui, sicut et ego tui miserum sum? Iratusque Dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque rediret universonum debitum. Narrat sacra Scriptura (3. Reg. 19*****

16) rem tyrannis regibus utilem valde: refert enim ex longinquis regionibus deferri solitos Salomoni denles elephantorum, simias, et pavones. Mirabile sane est, quod Spiritus sanctus non solum referat ingenium auri, et argenti quantitatem, quae singulis triennis Salomoni ferebatur, sed elephantorum dentium, simiarum, et pavonum mentionem faciat. D. Hieronymus *(super 2. Isaiae)* ait per elephantis ossa mortua mortem significari, quia Deus volebat prae oculis reges habere; unde et ipse Salomon hac ratione sibi construxit sedem eburneam (3. Reg. 10): *Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem. Per simias item, quarum ingenium hoc est, humanas operationes imitari, monebat regis operationes per normam rationis regulandas fore: unde d. Hieronymus ait ibidem: Et similitudo rationis, quod sentitur in simis. Per pavones tandem edocere volebat reges, ne a subditis laudati, velut pavones intumescerent, de quibus ait Ovidius: Caudato pavone superbiat; sed potius instar corumdem pavonum, quorum ex pompaticis plumis concepta superbia, deformi pedum suorum aspectu statim evanescit, ipsi ipsi turpitudinem affectum suorum per pedes significaverunt, vel pulverem, quo facti, et in quem revertendi sunt, aspicientes, humiliarentur, et recordantur illius petitionis (Hest. c. 14): Ne tradas Domine sceptrum tuum his, qui non sunt: verba haec sunt reginae Esther, deprecantis Deum, ne morti traderet captivos. In quibus duo ponderanda sunt: primum, quod servos, et captivos vocal, *sceptrum Dei*, quo significare voluit Spiritus sanctus Dei servos esse verum sceptrum in manu Dei, quo et ipse honoratur, et potentiam suam ostendat: secundum, quod regem Assuerum et principes eius, et nobiles regiae curiae nominat illis verbis, *is, qui non sunt*, significans, tam reges, quam imperatores, et quoscumque alios magnates absque Dei gratia, quasi nihilum reputandos esse, iuxta Pauli sententiam (1. Cor. 13) dicentis: *Si charitatem non habueris, nihil sum. Oportet igitur, ut ad id unde nonnihil digressi sumus, revertamur, saepe principes, ut domini sint, servos fieri: voluntati enim subditorum aliquando obediens, eosdem sibi obsequentes reddent, ac proprium dominium magis angebunt. Probe quidem id agnoverunt supremi illi regis Salomonis consiliarii, qui filio eius tyrannice regnare ambicenti dixerunt (3. Reg. 12): *Si hoc die obederis populo, et servieris, et petitionum eorum cesseris, erunt tibi servi cunctis diebus; quia tamen noluit prudenti eorum consilio acquiescere, certe dum semel subditis renuit, ipsi per totam vitam servitalem et obedientiam ei dengantur. Et quidem cum Deus supremus omnium Dominus obediens esse imperanti, ne sol moveretur contra Gabaonem (Isaie 10): *Non fuit antea, nec postea tam longa di s, obediente Domino voci hominis; id sufficere debet, ut principes Dei vestigia sequentes, rationabili suorum subditorum voluntati suam propriam cohercentes, non semel subaudiunt: id enim praestantes, et subditorum animos gratos, et Deum sibi propitium reddent, cui sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.****

HOMILIA XIV.

Prosequimur idem argumentum, literalem, ac mysticam aliam intelligentiam totius Mariae genealogiae tradentes, a prioribus illis verbis inchoantes: Liber generationis Iesu Christi, et in illa alia desinentes: Ioseph, virum Mariae, de qua natus est Iesus.

§ I.

LIBER GENERATIONIS IESU CHRISTI.

Cum non semel observaverim, divini verbi praecones nunquam seriem hanc progenitorum B. Virginis, ex quibus d. Matthaeus Magister, et Filii genealogiam contexit, populo christiano elucidandam proponere placuit, praeter omnia in hoc genere argumenti a me superius dicta, literalem, et mysticam intelligentiam omnium verborum, quibus d. Matthaeus illam descripsit, hoc loco adnotare. Quamvis autem rei difficultas me terreat, utilitas tamen me allicit, dum in memoriam revoco verba d. Chrysostomi dicentis (*hom. 3. de Lazaro*): *Iam, si non intelligas ipsa recondata, tamen ea ipsa lectione nulla nascitur sanctimoniam; et simul atque tetigerit aliquis evangelium, mox componit suam ipsius mentem, et a rebus mundanis obducit; idque ex solo ipso aspectu, solo etiam auditu, licet mysteria non intelligas: haec Chrysostomus; quibus valde consona sunt alia Orygenis (*hom. 20. super Isaie*) dum ait: *Velut incantatione quadam nozarum virtutum, quae tibi insidiantur, virus depellitur, et fugatur: si tu non efficiaris sicut aspis surda, quae non audit vocem incantantis sapienter. Ceterum, antequam propositum argumentum aggrediar, non possum doctori Paulo non obicere, quomodo evangelista Matthaeo Christi genealogiam texente, ipse (*ad Hebr. 7*) expressis verbis tradat, Christum Dominum similem fuisse sacerdoti Melchisedech, matre, patre, et genealogia carente. Pauli verba sunt haec: *Melchisedech sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitae habens, assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Scio, d. Hieronymo (epist. 126) id referente, Origenem his verbis convictum, falso opinatum fuisse Melchisedech angelum fuisse, non hominem; et at cum ex sacra Scriptura hominem fuisse, liquido constat, communis Patrum sententia docet, propterea Melchisedech deficiat a Paulo sine patre, sine matre, et sine genealogia; immo, et sine certo dierum numero, quia haec omnia cunctis erant ignota: similem autem in his omnibus Christum Dominum sacerdoti Melchisedech existisse tradit Apostolus; quia, cum ille duplicem sustineat naturam, divinam, et humanam, certe tanquam Deus genitus a patre sine matre, quatenus homo vero a matre sine patre, ut pulchre, et religiose dixit diva Agnes: *Cuius mater virgo est, cuius patre proeminam nescit*: similiter secundum naturam hu-***

manam regiam genealogiam habet, secus vero secundum divinam; nam cum secundum hanc progenitorum serie careat, genealogiam opus est omnino nesciat. Hac igitur soluta difficultate, exordiamur iam priora verba (*Math. 1*) explicare: *Liber generationis Iesu Christi. Liber. Si primariam eius significationem consulamus, arboris corticem significat, quae antiqui quondam, tanquam pelle, aut papyro, utebantur, ut auctor est Ambrosius (*Catep. in suo dictiona*): iam vero inveterata consuetudo obtinuit, ut solus liber dicatur, qui ex multis foliis secum colligatis coalescit, iuxta quam communem acceptionem videbatur sane non debuisset divus Matthaeus generationem Christi, quam unica pagina absolvit, librum vocasse. Trifariam hic notus solvi potest. Primo, si ex sententia d. Augustini (*lib. 2. contra Faust. c. 6*), dicamus, inscriptionem hanc, *Liber generationis*, non apposuisse d. Matthaum soli Christi genealogiae, sed toti saepe evangelicae historiae; quia tamen series illa generationis Christi est prima, et praecipua pars illius, ab illa, tanquam a principali, solum opus denominationem desumit; ad eum certe modum, quo Moyses primum suum librum *Genesis* inscripsit, quia in primis capitibus mundi creationem, et rerum generationes enarrabat. Secundo respondere possumus cum d. Chrysostomo (*hom. 2. in Math.*), verba illa, *liber generationis*, non esse inscriptionem declarantem utramque partem, sed totum libri argumentum, ita ut sensus sit, non solum in eo agi de Christi ortu, sed de operibus eius, quae in sacra Scriptura generationes appellantur, iuxta illud (*Genes. 6*): *Noe perfectus in omnibus generationibus suis, idest, in omnibus operationibus suis: uniuscuiusque enim opera filii sunt et partus volutatis; et ideo merito generationes possant appellari. Tertio posset dici, latini interpretem, et recte observantur Abulensis, Iansenius et alii, non incongrue solam narrationem genealogiae Christi librum generationis appellasse, quia verbum hebraeum ספח *Sepher*, ut illius idiomatis periti adnotant, quo d. Matthaeus utitur in originali, non solum librum variis foliis compactum, sed et schedulam significat, iuxta quam acceptionem charta illa, in qua uxoris repudium scribebatur, liber in sacra Scriptura (*Deuter. 24*) appellatur: *Quis est hic liber repudii matris vestros, quo dimisi eam? similiaque legitur apud Jeremiam (c. 32), et Isaia (c. 50). Potest quarto pulchra alia expositio adhiberi, ad quam adstruendam supponendum est, triplicem esse temporalem Christi generationem; primam in utero materno: *Ecce concipies, et paries. Secundam allegoricam ex utero legis, quam utrumque vocat David, de perdidit Iudaicus dicens (Ps. 59): Erraverunt ab utero, loquuti sunt falsa: hoc est, in ipsa lege, in qua nati, et emulsi sunt, adhuc erraverunt; sed Christus Dominus in lege, tanquam in utero inclusus, implicite continebatur, quoniam oportebat impleri omnia, quae in lege, et in psalmis erant scripta de eo. Parturiebatur siquidem Christus lex, cum ipsam implicite sub ambris illis profitebatur, et venturum desiderabat; at, cum omnia impleta sunt,****

quae de eo scripta erant, quasi ex utero peperit eum, cum in lucem prodit, qui sub umbra Iacob. Tertio generatio Christi est moralis ex utero mentis per fidem, et charitatem illius: nam, ut ipse docuit, ille mater eius est, qui fecerit voluntatem Patris sui. Cum ergo sacer evangelista Matthaeus pertractet hanc triplicem temporalem Christi generationem, merito evangelicae suae historiae eam inscriptione apposuit: *Liber generationis Iesu Christi. Tandem his omnibus expositionibus aliam non contentendam adiungimus, nimirum, quod in scripto illa, *liber generationis*, titulus est totae historiae evangelicae appositus; nomine tamen *generationis*, non solum complectitur Evangelista generationem corpoream illius ex matre, sed spirituales eiusdem, quae per evangelicam, quam seminavit, doctrinam, per multos filios regeneravit, et in dies regenerat, iuxta illud d. Iacobi (c. 1): *Voluntarie genui non verbo veritatis, ut simus inultum aliquod creaturae eius: hoc est, ut in nobis exordium sumat spiritualis eius generatio, de qua Isaia (c. 53) dixit: *Generationem eius quis enarrabit? Licet enim Hieronymus (in c. 1. Math.) de aeterna Filii generatione verba haec intelligenda arbitretur, alii vero cum Aymone in commentariis illius loci, de temporali ex matre illa intelligant, alii cum doctis. Forer. (*super Isa. c. 53*) concludunt, quod cum דור *Dor* significet non solum generationem, sed saeculum, seu aetatem; sensus illorum verborum est, saeculum illud adeo insipientis, et immane existisse, ut Christum Dominum probabilissimum virum abiectionis crucis morte iniuste mulctaret, quis non mirabitur? vel aliter, ut idem auctor exponit, ut generatio non sumatur ibi pro saeculo, sed pro vita, ut perinde sit, ac si diceret: vitam eius brevissimum quis enarrabit? fuit enim praereptus immatura, et violenta morte. Ego tamen has omnes interpretationes non inficians, germanam magis ac literalem eorum expositionem esse reor, ut de spirituali generatione, qua Christus in lecto crucis iacens, nos concepit, et generavit, et instar parturientis gravissimis non peperit doloribus, intelligenda sint, ut patet manifeste ex verbis eiusdem Isaie (c. 53), et in eod. cap. tam antecedentibus, quam subsequentibus: *De angustia, et de iudicio subitatis est: generationem eius quis enarrabit? quia abscessus est de terra viventium: si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum: ecce Isaia aperte loquitur de spirituali sobole in filios plurimos pro morte Christi propaganda, iuxta illud, quod ipsemet de se vaticinatus est (*Joann. 12*): *Nisi gravium frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum afferit. In cuius figuram novimus, quod quia Abraham voluit immolare filium suum Isaac, vidit ex eo semen longævum; quod sane non minus videtur, etiamsi in holocaustum igne illum concremasset; nam is erat Deus, cui filium offerrebat, inquit Paulus, qui posset Isaacum a mortis revocare, et filiorum procreationi operam daret. Obedientia ergo Christi in morte non fuit sterilis, sed instar obedientiae Abrahami fecundissima, tot Deo parturiens filios, ut nume-*****